



**Syntaxis Joa[n]nis Despauterij Niniuit[a]e Berga[rum] diui
Guinnoci ludimagistri**

Spauter, Johannes de

Argentorati, Anno, M. D. XV.

Regvla. XII. Verba uolunt sexto, precium sed pono minoris. In patrio tantum, si non habeat sibi fixum, Tum siquidem sexto, debet tantum[m]odo poni, Huic tanti quanti, cum natis iungito pluris. ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70853)

id est punio. Augu. de ciui. dei. Si omne nunc peccatū manifesta ple-
 teret pœna, nihil ultimo iudicio referuare putareī. Multo te nequis-
 tiē ago potius genitiuū habet, quia intelligi uideī ait Badius, ablati-
 uis aēione. Excuso me furti uel furto. Hinc excusatio. Cice. Nulla
 est excusatio peccati si amici causa peccaueris. Excusare etiā est in ex-
 cusationē asserre. Liuius de Torquato. Oculorū ualitudinē excusat
 uit. Idem significat causer aris, uel non multo aliud. Postulo aliquā
 dō significat accuso, & querelā de alio apud aliquem assero, & sic re-
 git casum huius regulę. Sueto. in Cæsare. Consularem uirū repetun-
 darum postulauit. Et in Augusto. Qui postulabatur iniuriarū. Fre-
 quēs est in iure, ut insti. de suspēctis tutoribus &c. Noto te falsitatis,
 ut quidā aiunt. Cic. Boni ciues nulla ignominia notati. miror dicit
 Cale. cum genitiuo, datiuo & accusatiuo inueniri. de genitiuo Vir-
 gi. lib. xi. Iusticię ne prius mirer belline laborū, sed credo plures lege-
 re laborem. Ceterorū non occurrunt testimoniā, uerū si quis autho-
 res diligenter euoluerit, facile Inueniet. Valla dicit aliqua esse quę in
 ablatiuo dītaxatponimus, ueluti si interrogas, accusatus ne esses fur-
 ti, an sacrilegij, an ueneficij: respōdebo neutro, altero, ambobus &c.
 non amborū, neutrius &c. cuius causa non uideī alia q̄ authorum
 frequēs usus, quia qua ratione in altero posset intelligi uitio, ita in al-
 tertus certe uitij. Philelphus. Se uitij damnat, uitium qui laudibus ef-
 fert. putet idem satis ex dictis. Igitur doctissimi semper imitādi sunt
 sine ratione potius q̄ indocti cum ratione, quantūuis forti, ut ipsi
 uidetur.

REGVLA. XII.

Verba uolunt sexto, precium sed pono minoris,

In patrio tantum, si non habeat sibi fixum,

Tum siquidem sexto, debet tantūmodo poni,

Huic tantū quanti, cum natis iungito pluris.

Attinet huc ualeo, quod raro dat sibi quartū.

Vilius & melius, peius uel carius emi,

Valla negat recte, dici per nomina posse.

Verba ad emptionē, uēditionē, estimationē, aut locationē p̄tinentia
 regūt precium aut rei ualorē in ablatiuis quarūcūq; dictionū, præter
 plus, minus, tantū, quantū, cū natis quantūlibet, quantūuis, quantūcūq;
 tantūde, q̄ in grō sine substantiuo ponunt, cū substantiuo in ablatō, præ-
 tertantūde q̄ ablatō caret, ut emi abs te equū decē aureis. & pluris. quā-
 tū emisti librū: sex obulis. hic cōiunctio necessario copulat diuersos.

Ioannis Despauterij Niniuite.

casus & reddituū necessario est quæsitiuo dissimile, & sunt dicti ge-
 nitiuū substantiuū, ut Lancilo. notauit & Nebrissen. Neq; enim intel-
 ligitur precij, nam quāti precij emisti male dicit, aiunt Valla, Mancinellus,
 Sulpi. Badi. &c. Nec sine substātiuō dicimus, quāto emisti, sed
 addendū est precij, ut quāto precio emisti, sic quāto, minori & pluri
 quod in ablatiuo raro legit. Falsi sunt ergo uersiculi. Quanti uel quā-
 to res constat quætere debes. Tanti uel tanto constat, respondeat al-
 ter. Emi equū sex aureorū philippiorū, si genitiuus regatur a nomi-
 ne, & posset esse falsum, ubi uerū esset emi equū sex aureis, quod Zē-
 derus somniat, de quantitate certi precij, & incertū nihil ad hāc rem
 est. Verba huius regulæ sunt, emo, comparo, mercor, conduco, uen-
 do, uenundo, distraho, ueneo, id est uendor, æstimo, taxo, liceo, lices-
 or, addico, metior, foeneror, paciscor, pango pepigi, mutuor, doceo,
 ago & cætera, Sed de omnibus iam latius disceptemus. Quanti pre-
 cij emis non dicitur. Teren. tamē inquit, uidetur esse quātiuis precij,
 sed hic intelligi uidet homo, uel quid, simile, Salusti. pluris precij dixit.
 Plau. in Epid. Fateor me esse minimi precij, subaudi hominem. Lancilo.
 nititur pluribus probare, sed minus recte meo quidē iudicio. Varro in re
 rustica. Plus reddant musti & olei, & precij pluris, uult precij pluris a
 reddant gubernari, quod mihi uidet a noie regi. Liuius quoq; lib. viij. de. ij. bel. pu. ait. Octo milia hominū esse ma-
 ioris precij, nō tamē dicemus emi maioris precij, sed maiore precio, et mi-
 nore precio, ut Gel. li. i. Tris reliquos mercatū nihilo minore precio, Aes-
 timo, id est apprecio taxo, dicūt cōponi ab æs & græco τιμή. id est precij
 quasi ęre taxo, cōstruit cū pluribus genitiuis quæ dicitis, ueluti cum magni,
 parui, maximi, plurimi, nihili, & si quod hominū repiāt, licet etiā ablatiuus
 horū sine substātiuō iugē inueniāt. Boe. in plogo. lib. Topicorū. In-
 gratū quod si magni Trebatij merita, quibus ipse usus fuerit, paruo est
 mare uideret, quū nullā eis gratiā restituendā putaret. Hiero. in Le-
 uiti. dixit. Tāto estimabit. Vale. li. v. Magno ubiq; precio uirtus æstima-
 matur. Hinc existimo diphthongo in i longū uersa, quod significat iudi-
 care, prius autē estimamus. i. consideramus quæ existimamus. i. iudica-
 mus. Sueto. Nec tulerat tā moleste, tā magno existimari honorē cō-
 ne suę. Cice. in Tuscu. Gloriosa sapiētia nō magno existimanda est.
 Itē estimo cum ablatio. Sene. Data magno estimas accepta paruo. sed
 existimo cū genitiuo Colu. magni enim existimabat. de estimō frequē s est.
 Cice. li. Acad. Alia pluris esse estimāda, alia minoris. Liui. Mancipia
 minora ānis uiginti, quæ post proximū lustrū decē milibus grīs, aut
 pluris uenissent, ea quoq; decem tanto pluris quæ quāti essent estimas-
 rentur significat in sacris opinari, ut estimabat se uisū uidere et certo

scire, ut estimo quod non sunt condigne passionis huius temporis ad futu-
 ram gloriam, sic docuit Fulgentius. Quam docet preceptor tuus. Iuena.
 Chrylogonus quam doceat uel pollio quam. Idem. Atque ideo pluris
 quam Cossus Paulus agebat. Non igitur solum uendendi uerba &c. regunt
 hunc casum, sed alia etiam, de quibus nihil Valla dixit. sic. Quam loca
 sti aut conduxisti domum, quam constat. Iuena. Tanti una uenefica con-
 stat. Idem. Quam quicquam domus constat. Emi tantidem, non potest declarari
 ut quanti. id est quanto precio, ubi exponens & expositum non sunt eiusdem
 casus. Sueto. in Vespasiano. Quanti funus & pompa constaret. Sene-
 ca. Paruo fames constat, magno fastidium. Sto, id est costo. Liui. li. xxiiij.
 Multoque sanguine ac uulneribus ea Poenis uictoria stetit. Quintus
 lia. Quanti steterint. de sto multa Calepi. Virgi. li. x. Haud illi stabunt
 aeneia paruo hospitia. Sueto. in Vespasiano. Interrogauit quam calci
 asset. Teren. Quanti est sapere: sic non est mihi copia tanti, ut seruus
 fieri uentris amore uelim, quisquis dixit bene dixit. Virgi. Magno
 mercetur atride. Hinc mercatus us. ui. Plini. Delos quoque insula gre-
 corum mercatu celebrata est. Varro in. i. de re rusti. Aedificant magno,
 implentur magno. Hoc etiam dicimus caro, ineptum uulgius dicit
 pro bono foro, quod diceret paruo aut uili, & pro malo foro quod
 diceret magno aut caro. Plau. in Mostel. Num nimio emptae tibi ui-
 dentur. Teren. Quid agas nisi ut te redimas captum quam queas minimo
 & si nequeas paulo at quanti queas. ecce post ablatiuo ponitur geni-
 tiuus quam. Liuius. Hic miles magis placuit quam precio minore redi-
 mendum captiuos copia fieret. quam hic aduerbiu est, non prepositio. redi-
 mo, id est emendo libero. Virgi. Exanimumque auro corpus uendebat
 Achilles. Hora. Quanti emptae paruo. quam ergo. Octulibus, heu.
 Sic libros uili parui, quod pro comparo hic addit a Nebrissen. habetur
 tur omnia uili aut paruo, ne dicas cum prepositioe pro paruo. Caeterum
 dic per aduerbia, authore Valla. Emi uilius, carius, melius, pe-
 ius, non uilioris uel uiliore &c. Item Cice. Non uendo pluris quam alij,
 fortassis etiam minoris. Sinthenius dicit totidem regere casum huius re-
 gule, quod falsum est, quia non dicimus totidem emi librum, sed tantidem
 deceptus est pueriliter per Vallam dicentem, totidemque comparatiua. i. duo
 quia dixerat tanti quam, Sinthenius intellexit totidemque, id est illa dictio
 totidem. Non meminisse de re tam manifeste falsa nisi Badius, ma-
 ioribus forsitan occupatus penitus siluisset. Plini. Neminem minoris
 docuit talento. Mutuor abs te &c. dica in regimine ablatiu. Valeo
 huius regule est. Plini. lib. xxxiiij. ca. iij. Ita ut scrupulum ualeret fester-
 tibus uicenis. Paulus. ff. ad. l. aquilia. Quanti oibus ualeret. Ibidem quam
 minimo ualeret hereditas. Et lege Iulia. Quanto pluris hereditas uales

Ioannis Despauterij Niniuite.

ret. Vlpianus. Pluris hæreditas ualeret. Aliquando tamē inuenitur cum accusatiuo. Quinti. lib. ix. Idem significēt atq; idem ualeāt. Varro li. i. de lingua latina. Denarij q̄ dēnos æris ualebant. Quinarij q̄ quinos.

REGVLA. XIII.

De verbis plures genitiuos regentibus.

Aestimo cum facio, uel curo consulo duco,
Et pendo refert est inter & est bene iungo,
Ante dabunt dictos patrios cū plurimi & æqui,
Et parui nihili, nauci, flocci q̄ boni q̄.
Magni infiniti, maioris, maximi & assis,
Et minimi, multi, quædam bene ponito sexto.

Verba in litera significant id quod aestimo. Teren. Quid de me fiat parui curas. Ego hanc rem nihili duco. Semper te plurimi feci. Cice. lib. iij. episto. Demōstrauit me a te plurimi fieri. Apule. i. meta. Istud quidē quod polliceris æqui, boni q̄ facio. Ouidius in de ponto. Tu tamē hæc quæso consule missa boni, id est capias in bonā partē. Nugas nostras boni consule quæso. Flocci facio, pendo, curo, id est parui, & pene nihili. Sunt em flocci lanarū particule diuisæ a uelleribus inuutiliter euolantes. Nauci est putamē nucis minimi profecto precij ergo nauci duco, id est nihili facio, aut minimi, Interest, refert, & est p̄ter proprios genitiuos, regunt etiā p̄sertim hos quattuor, Tanti, quanti, magni, parui. Calepinus apponit hæc dictis uerbis tanq̄ totidem regant genitiuos, sed pro alijs magis habent aduerbia, ut minus interest, plurimū interest, quæ possunt etiā nomia dici, sed de his infra de sum. Ouidi. Pluris opes nunc sunt q̄ prisca temporis annis. Virgi. Non assis faciunt. Catullus. Omnes unius aestimemus assis. Non pilo facio legi apud eundē. Lancilottus ponit uerbū assifacio, bene etiā dicitur aestimo asse, ut in euāgelio. Duo passeres asse uenerunt. Hora. Fiet eritq; tuus nūmorū milibus octo. Flocci facio, nihili facio, & cætera composita non sunt, quā multa ex his aperte sint diuisa ait, Calepi. Plau. in Curg. Respicio uos nihili meā gratiā facere. Idē in Rudēte. Minacias ego istas flocci non facio tuas. Facio etiā regit duos genitiuos lucri & sumpti, quidā dicūt esse compositionē lucrifacio, id est lucror. sumptifacio, id est expendo, uel sumptū pro re emenda facio. Plau. Si nunc me suspendā, meā operā luserim, & p̄ter operā restim sumpti fecerim. Lucrifacio hæc rem, id est lucror frequēs est apud Martialē. Puto uidet̄ regere genitiuū. Ambro. Sub